



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De Bonis mensæ Episcopalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

poralia illius beneficij; & traduntur alicubi clauis Ecclesiæ, cū contactu portæ Ecclesiæ, & aliz ceremoniæ adhibentur diuersæ pro diuersitate locorum, vt notat *Rebuff. lo. cit. à n. 26* Potest autem apprehendi possessio etiã per procuratorẽ. *c. accedens de præb. quod communiter teneri à Doct. & practicari quotidie videmus. & de communi testatur Cou. lib. 3. var. res. c. 16. n. 8.* Et potest constitui procurator ad effectum acceptandæ possessionis non solũ Clericus sed & Laicus. *Roffinat. de benef. c. 12. nu. 14. alleg. per Paris. de resig. lib. 10. q. 6. n. 14.* Quinimõ & ad acceptandũ beneficiũ laicus, procurator constitui potest. *Abb. in c. accedens. n. 6. de præb. lo. And. ib.* Communẽq; testatur *Dec. in c. decernimus. n. 5. de iud.* vnde ad resignandũ beneficiũ laicus procurator constitui potest. *gl. in Clem. vn. v. procuratorem. de remuna. & ad permutationẽ beneficiorũ; cum enim nullibi prohibeatur, idoneus debet reportari. c. 1. de procur. in 6. Doct. ib. licet tutius sit constituere Clericũ ad casus oēs præexpressos. vt notat. gl. cit. in Clem. vn. de renũc. Abb. lo. cit. Paris. de resig. lib. 9. q. 3. n. 20.*

Habere autẽ debet procurator speciale mandatũ ad acceptandã possessionẽ, nam vigore mandati generalis illã capere non possit. vt innuit *gl. in c. si tibi*

*absenti. v. habueris. de præb. in 6. Franc. Gem. ib. & ita iudicatum fuisse in Rot. in vna Austuricen. Paroch. coram Card. S. Crucis. 25. Maij. 1551. testatur Caputaq. decis. 344. p. 2. præsertim ad ff. cū vt prouisus censeatur ratã habuisse prouisionem, seu vt ei præiudicet, nã alioquin literas prouisionis de beneficio potest quis impetrare & beneficium acceptare pro alio, etiam sine mandato. vt notat *gl. penult. in fin. in cap. nonnulli. de rescrip. Abb. in cap. ad aures. num. fin. eod. tit. & in c. fin. nu. 3. vt lit. pend. tanto magis personæ propinquæ & quibus sine mandato agere licet. de quibus in l. sed & he. ff. de procurat. Abb. in cit. c. nonnulli. §. sunt & alij. nu. 10. sed talis acceptatio beneficij non valebit ad hoc, vt prouisus præsumatur ratã habuisse prouisionem, nisi eam de facto ratificet: nã ad hoc requiritur mandatũ speciale, nec sufficit generale mandatũ, vt notat *gl. in c. si tibi absenti. v. habueris. lo. And. Archid. ib. & alij. gl. in c. accedens extr. de præb. Hoff. Abb. ib. Rot. decis. 290. in no. & quando dicatur quæ sit possessio, cõsuli possunt DD. præsertim. Imol. vñ alin. in Clem. 1. vt lit. pend. Mohed. decis. 149. alsis 12. de restit. spol. Achil. de Grass. decis. 389. Rot. decis. 1570. p. 3. lib. 3. diuers. & decis. 93. 288. in antiq.***

ARTICVLVS IV. De Bonis Mensæ Episcopalis.

- 1 Bonorum Ecclesiæ Prælati est procurator non Dominus.
- 2 Prælati facere debet inuentarium bonorum Ecclesiæ suæ.
- 3 Archiuum pro conseruandis iuris Ecclesiasticarũ in qualibet Diocesi construere debet.
- 4 Bona Ecclesiæ alienari non possunt.
- 5 Episcopi specialiter iurat de non alienandis bonis Ecclesiæ.
- 6 Bona Ecclesiæ in feudari. hypothecari vel pignori non possunt.
- 7 Locatio non venit appellatione alienationis nisi exprimat.

- 8 Intra Ecclesia continentur prohibitionem de alienando.
- 9 Res mobiles qua seruando seruari possunt, alienari non debent.
- 10 Reliquia SS. alienari non debent.
- 11 Prohibitum alienare, intelligitur prohibitum transigere.
- 12 Permutatio rerum Ecclesia intrat sub nomine alienationis.
- 13 Consuetudo alienandi res Ecclesia censetur irrationabilis.
- 14 Alienationis causa iusta qua sine.
- 15 Alienationis solemnitates requisita.
- 16 Patroni consensus in alienatione rerum Ecclesia patronata an acquiratur.
- 17 In dubio an presumuntur solemnitates seruata in alienatione rerum Ecclesia.
- 18 Prescribi quanto tempore possint res Ecclesia.
- 19 Res qua seruando seruari non possunt licite alienantur.
- 20 Feudum reuersum ad Ecclesiam an de nouo concedi possit.
- 21 Mensa bona qua dicantur.
- 22 Locatio ad breue tempus in Canonibus non est prohibita.
- 23 Locatio facta per antecessorem an teneatur stare successor.
- 24 Res exigui valoris licite alienari potest.
- 25 Res modica qua dicatur manet iudicis arbitrio.
- 26 Episcopus de bonis mensa sua potest dare Ecclesia pauperi quinquagesimam vel centesimam.
- 27 Episcopus non censetur alienare cum dat Capitulo suo partem aliquam bonorum.
- 28 Bona communia Capituli possunt annecti prebendis singularium.
- 29 Alienatio ex causa urgentis necessitatis post factum ratificanda.
- 30 Debita contracta in rem Ecclesia an teneatur soluere successor.
- 31 Res quaerendi Ecclesia & nondum quaesita quomodo alienari possit.
- 32 Regulares possunt alienare res eorum sine solemnitatibus.
- 33 Hospitalium bona quando alienari possint.
- 34 Fraternalitates an possint alienare eorum bona communia.
- 35 Prelatus ad vitam suam licite alienat fructus Ecclesia sua.
- 36 Ecclesia inter se licite possunt facere bonorum permutationes.
- 37 Beneficiatus est usufructuarius, in vita bonorum sui beneficii.
- 38 Mensa Episcopalis bona qua dicantur.
- 39 Episcopus habet fundatam intentionem in iure super quarta funeralium.
- 40 Quarta Episcopalis ex quibus peti possit.
- 41 Episcopus an possit capere aliquid ex bonis Clericis derelictis.
- 42 Episcopus quando possit deducere quartam ex bonis Laicorum conuertendam ad pios vsus.
- 43 Oblationes facta in Ecclesia cui debentur.
- 44 Parochus habet fundatam intentionem super oblationibus factis in sua parochia.
- 45 Episcopus potest saluare bona patrimonialia & viuere de bonis Ecclesia.
- 46 Episcopus frugaliter viuere debet.
- 47 Episcopus quid possit donare propinquis de bonis Ecclesia.
- 48 Bona Clericorum superflua distribuenda pauperibus.
- 49 Clerici testari non possunt de bonis intuitu Ecclesia quaesitis.

- 50 Clericus quid possit dare propinquus de bonis Ecclesie.
 51 Clericus potest testari de illis qua proprio labore quasiuit.
 52 Labore personali quesita qua dicantur.
 53 Testanti facultas de bonis Ecclesie debet obtineri à Papa.

AD portum quem iam è propinquo conspicimus festam ratem appellere festinantes, varias bonorum distinctiones hoc loco afferri solitas omittamus, illa sola contenti qua vtitur Nau. de re dit. [Eccl. q. 1. nu. 4. videlicet bona Ecclesiastica mobilia vel immobilia posse considerari, vel vt sunt fundata pro dote & patrimonio Ecclesie seu beneficij, vel vt sunt vltui, seu fructus aut redditus annui ipsi Ecclesie seu beneficio debiti.

L Primo modo si sumantur, bonorum huiusmodi Episcopus in sua Ecclesia est administrator & procurator, non Dominus. cap. si priuatum. 2. q. 1. cap. fraternitatem. de donat. Abb. ib. num. 2. Paris. de refig. lib. 5. q. 3. num. 151. vnde curam ipsorum diligentem habere debet, & vel vitæ periculo illa defendere. cap. conuentor. iun. gl. v. pro alteribus. 23. q. 8. Innoc. Host. in cap. nisi. de renunc. Episc. Abb. ib. nu. 11. & alij communiter.

2. Tenetur facere inuentarium omniũ bonorum & iurium Ecclesie suæ, & cõstruere archiuum vbi huiusmodi iura & aliorum omnium inferiorum beneficiorum Ecclesiasticorum Diocesis deponantur. Couar. in c. de testam. nu. 9. Pavin. de visit. p. 2. q. 3. Fuscus de visit. c. 15. nu. 33. ad hoc. Abb. in sua q. 3. nu. 16. vbi latè disputat de hac materia: sed nunc cessat quoad hoc omnis difficultas post Const. Six. V. incip. Prouida. publicata Romæ die 8. Iun. 1587. qua ordinatum fuit, vt omnes Prælati Ecclesiastici in eorum Diocesis debent facere archiuum prædictum, videri potest illa

Constitutio in Bullario dicti Pontif.

Hinc est quod Episcopus non potest bona Ecclesie sibi vsurpare, aut ea alienare. cap. monemus. cap. quisquis. 12. q. 2. cap. possessiones. 16. q. 1. cap. nulla. de reb. Eccl. non alien. seuerius autem alienationes bonorum Ecclesiasticorum inhiabit Paul. II. extrauag. Ambitiose. tit. cit. comm. cuius verba sequuntur.

Ambitiosa cupiditati illorum precipue qui diuinis & humanis affectari dånatione postposita, immobilia & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesia, Monasteria, & pia loca reguntur illustranturq; & eorũ ministri sibi alimoniam vendicant, prophanus vsibus applicare, aut cõmaximo illorum ac Diuini cultus detrimento exquisitis medijs vsurpare præsumunt, occurrere cupientes. Omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem omneq; pactum per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, lypotheccam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc Ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis qua seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia, hac perpetua valitura Constitutione præsentis fieri prohibemus, Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, prohibitionibus, & decretis alijs super hoc editis, qua tenore præsentium inno-

uamus,

uamus, in suo nihilominus robore permansuris. Si quis autem contra huius nostra prohibitionis seriem, de bonis & rebus quicquam alienare presumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino sint roboris vel momenti. Et tam qui alienat, quam is qui alienatas res & bona praedicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat; alienanti vero bona Ecclesiarum, monasteriorum locorumque, piorum quorumlibet inconsulto Rom. Pontifice aut contra praesentis Constitutionis tenorem, si Pontifici vel Abbati praesulgeat dignitate, ingressus Ecclesia sit penitus interdictus. Et si per sex menses immediate sequentes sub introducto huiusmodi anima (quod absit) perseverauerit indurato, lapsis mensibus eisdem, a regimine & administratione sua Ecclesia, vel Monasterij cui praesidet in spiritualibus sit eo ipso suspensus. Inferiores vero praelati, commendatarij, & aliarum Ecclesiarum Rectores, beneficia vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioribus, praepositis, praepositis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, praebendis, alijsque Ecclesiasticis cum cura & sine cura secularibus & regularibus beneficijs, quorum res bona alienarunt dumtaxat, ipso facto priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per locorum Ordinarios vel alios ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis qua propterea priuata fuerint) liberè de iure conferri, nisi alias dispositioni Apostolicae Sedis sint specialiter, aut generaliter,

reseruata. Nihilominus alienata res & bona huiusmodi ad Ecclesias, Monasteria & loca pia ad qua ante alienationem huiusmodi pertinebant, liberè reuertantur. Nulli ergo, &c. Datum Romae Ann. Incarnat. Domini. 1468. Kalend. Mart.

Tanto magis autem Episcopus obligatur non alienare bona Ecclesiae suae, quia iurat in sua promotione non alienaturum se bona illius Ecclesiae, ut videri potest. in cap. vt super de reb. Eccl. non alien. & in cap. fin. de Eccl. adif. & notat Mohed. decis. 250. alias. 9. de loc. & cond. Iurat autem verbis quae habentur in Pontificali Rom. fol. 81. & 180. in formula iuramenti Episcoporum, relata etiam apud Quarant. in ipsius sum. Bull. v. alienatio. num. 6. tenore sequenti.

Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli Ecclesiae meae inconsulto Rom. Pont. & si ad aliquam alienationem deuenero, poenas in quadam super hoc edita Constitutione contentas, eo ipso incurrere volo, &c.

Non solum autem directum dominium alienari prohibetur, sed & vtile. Vnde in nouo feudum vel ad vitam alicui concedere, hypothecare, pignorarere bona Ecclesiae non licet. tex. extrava g. praemissa. & Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. Rebuff. in comp. alien. rer. Eccl. num. 6. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quaest. 2. cap. 22. vbi multis deducit Emphiteusim esse speciem alienationis. extrava g. alleg. Paul. II. prohibita.

Similiter & locatio ultra triennium est prohibita in bonis Ecclesiae, ut est expressum in cit. Paulina, post quam cessant

- fant omnes de locatione diuersi diuersorum discursus, nam omnino est illicita ultra triennium. vt Redoan. loc. cit. q. 78. à num. 21. & quest. 2. cap. 12. & 13. Episcopus tamen locans ultra triennium, licet non euitet pœnas Paulinæ cit. per iurij tamen pœnas non incurrit, cum in forma iuramenti ipsius non sit locatio expressa. Ad hoc Mohed. decis. 25. alias. 8. de locat. sup. cit. & Rot. decis. 26. p. 2. diuers. nec includitur in eius iuramento loquente de alienatione, cū in pœnalibus appellatione alienationis non veniat locatio, etiam ad longissimum tempus, nisi exprimat. Berous in cap. nulli. tit. hoc. de reb. Eccl. non alien. Card. Abb. post gl. in Clem. 1. eo. tit. & iuramentum est stricti iuris, nec extenditur ultra materiam subiectam, nec intelligitur ad de nouo euenientia, sed tantum ad actus & statuta præsentia. c. Clericus. de iur. iur. an. Abb. ib. & in cap. vt super. num. 15. de reb. Eccl. non alien. Paris. de refig. lib. 3. quest. fin. num. 123. Rot. decis. 294. in no. & decis. 366. num. 35. p. 1. diuers.
7. Nomine bonorum Ecclesiæ quæ alienari non possunt, continentur etiam iura, actiones, & nomina debitorum, & alienari non possunt. Abb. in cap. nulli. num. 9. de reb. Eccl. non alien. Rebuff. lo. sup. cit. num. 54. Item & seruitus aliqua inducenda de nouo, nam induci non potest. Card. in cit. Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. Boer decis. 199. Rebuff. lo. cit. num. 4. & 5. Redoan. loc. sup. cit. q. 2. cap. 16.
8. Res quoque mobiles quæ seruando seruari possunt alienari non debent, vt vasa aurea, argentea, gemmæ pretiosæ, hæc enim æquiparantur quoad alienationem immobilibus. gl. in cap. is cui. v. immobilium. de elect. in 6. Abb. in cap. sua nuper. num. 7. de his quasi. à pral.

& in cap. nulli. num. 8. sup. cit. Host. ib. Item & greges, armenta pecudum si in toto alienentur. Quarant. lo. sup. cit. nu. 24. Et incisio arborum, vel Sylvarum, si fiat cum deteri oratione bonorum. Auth. qui rem. C. de Sacros. Eccl. Bald. Ias. w. Bart. in l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure. fisci. alias. vide Nas. conf. 6. de reb. Eccl. non alien. in antiq.

Reliquiarum quoque Sanctorum alienationem esse illicitam deducit Genuen. in prax. cap. 71. à num. 4. ad hoc. cap. corpora dist. 1. de consecr. vbi corpora Sanctorum de loco ad locum transferri prohibentur, & latius Archid. Turrecrem. ib.

Prohibita autem est alienatio bonorum Ecclesiæ etiam si facienda sit in aliâ Ecclesiâ, vel in personam Ecclesiasticam. c. 1. de reb. Eccl. non alienan. nec licite fieri potest etiam per transactionem vel compromissum, prohibitus enim alienare, prohibetur & transigere. Abb. in cap. contigit. num. 5. de transact. Bart. in l. nulli. C. eo. tit. Bertach. in tract. de Epif. p. 4. vers. 16. quero si. Fed. de Sen. conf. 94. Rot. decis. 160. p. 2. diuers. intelligendo tamen de rebus Ecclesiæ incorporatis. Franch. in cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Quarant. loc. cit. nu. 20.

Neque permutari potest res Ecclesiæ, est enim species quoque alienationis permutatio. cap. nulli. de reb. Eccl. non alien. Bald. in Auth. res que. C. comm. leg. Redoan. loc. sup. cit. quest. 2. cap. 4.

Neque consuetudo contraria alienandi iuuaret alienantem, censeretur enim consuetudo huiusmodi irrationabilis, ad notata gl. in cap. cum causa. v. praudicat. de reb. iudic. Quod autem plerique volunt dictam Paulinam non ligare in locis in quibus non est vsu recepta, vt Sylu. in sum. v. alienatio. §. 15. Cohart.

Couar. lib. 2. var. resol. cap. 16. num. 6. Nauar. in man. cap. 27. num. 149. Non esse receptam alicubi hanc legem probari non potest, cum quotidie in Rom. Curia practiceretur, & pro ea iudicaretur, ut notat *Redoan. loc. sup. cit. quest. 58. num. 25.* tanto magis cessabit hæc exceptio in Episcopis, qui toties quoties iurant, reuocant vigorem legis istius, nec possunt defendi aliqua consuetudine. Quando autem dicenda sit lex non vsu recepta, vel consuetudine præscripta, videri possunt. *Abb. Imol. Felin. in cap. 1. de treug. & pac. DD. in l. de quibus. ff. de legib. & in l. rem non nouan. §. patroni. C. de iudic. ad hoc. Mohed. decis. 6. alias 1. de constit. & decis. 249. alias 8. de locat.*

Possit tamen licitè fieri alienatio si adsint causæ iustæ, & obseruentur solemnitates requisitæ.

24. Causæ iustæ sunt, utilitatis, necessitatis, incommodi, pietatis. *Abb. in cap. cit. cap. nulli. num. 4. Rebuff. loc. sup. cit. num. 9. Couar. loc. sup. cit. à num. 8.*

25. Solemnitates requisitæ sunt, ut si alienanda sit res Ecclesiæ Cathedralis, accedat ad hoc consensus Episcopi & capituli. *cap. quanto. de his que fi. à pral. si autem minoris Ecclesiæ res alienatur, requiritur consensus Collegij, vel Capituli, vel Rectoris illius si vnum habet Rectorem. cap. placuit. 12. quest. 2.* maximè autem requisita solemnitas est, ut habeatur consensus Sedis Apostol. super alienatione facienda, ut patet ex verbis *Paulina sup. relata.* & debent præcedere isti consensus alienationem. *Abb. in cit. cap. nulli. num. 7. Felin. in cap. sicut tuis. num. 8. de sim. Rebuff. loc. sup. cit. num. 15.*

26. Consensus etiã Patroni in alienatione bonorum Ecclesiæ vel beneficij pateronati requiritur. *Abb. in cap. vn. vt*

Eccl. benef. sine dim. conf. Imol. ibid. Anchar. conf. 121. Roch. de iurep. v. honorificum. num. 112. si tamen sine causa denegaret consensum patronus cum faciendum esset aliquid in utilitatem Ecclesiæ, & nullum inde sequeretur præiudicium iuripatronatus, teneret alienatio sine ipsius consensu. *Abb. in cap. suggestum. num. 3. de iurep. & in cap. cum accessissent. num. 5. de Constit. Dec. ibid. num. 49. Redoan. loc. sup. cit. quest. 13.*

In dubio autem præsumuntur fuisse seruata solemnitates propter temporis diuturnitatem. *Felin. in cap. sicut. nn. 29. de re. iud. Canal. decis. 29. p. 2. Capicuc. decis. 16. Nau. conf. 3. num. 7. de censib. in antiq. Redoan. loc. sup. cit. quest. 48.* Nec mirum cum temporis diuturnitate etiam præscribi possent res Ecclesiæ. *cap. illud autem. de præscrip. Abb. in cap. 1. num. 1. tit. cit. & in cit. cap. illud autem. & DD. ib. Rebuff. lo. sup. cit. num. 36. Nau. conf. 1. de præscrip. DD. communiter. in cap. 2. de reb. Eccl. non alien. in 6.*

Neque obstat Constitutio Pauli IV. incipit *Iniunctum.* de ann. 1555. Ioh. Iul. qua omnes alienationes bonorum quorumuis Ecclesiasticorum sine requisitis solemnitatibus & in damnum ipsarum Ecclesiarum factæ reuocantur, nullaque temporis præscriptione validari posse decernuntur, illam enim Constitutionem Pius IV. reuocauit, & reduxit ad terminos iuris communis Constitutione sua, incipit, *Proutda.* de ann. 1560. 3. Idib. Sept. est in *Bullario fol. 501.*

Nisi tamen ex instrumento alienationis appareret iniustus titulus, & qui causaret malam fidem. *cap. fin. de præscrip. Felin. in cap. causam. eod. tit.*

Tanto autem magis præscripta censeretur res Ecclesiæ vbi intercesserit à

I ii sem-

tempore alienationis tempus immemorabile, vel centum annorum, nam talis prescriptio excludit etiam allegationem malæ fidei. *Felin. in cap. si diligenti. num. 7. de prescript. Verbal. decis. 66. p. 2.* & procedit etiam contra Ecclesiam Romanam. *cap. ad audientiam. de prescrip. & operatur suum effectum etiam in casu quo lex prohiberet prescriptionem; huiusmodi enim legis prohibitione non excluderetur immemorabilis nisi expressè nominaretur. Felin. in rub. de prescrip. num. 13. Mascard. de probat. conclus. 12. & 15. num. 55.* nam immemorabilis habet vim privilegiij. *gl. in c. super quibusdam. v. non extat memoria. de verb. signif.*

Abque causis & solemnitatibus predictis, licita quoque est alienatio in tribus casibus quos prædicta Paulina concedit.

Primus est circa res quæ servando servari non possunt, huiusmodi enim res licitè alienatur. *Hofst. in sum. hac tit. de reb. Eccles. non alien. num. 3. Abb. in cap. sup. cit. nulli. eo. tit.* servari autem non posse dicuntur, quæ verisimiliter ad triennium, sine notabili deterioratione non durarent, ut sunt vestes, arborum fructus, iumenta, & pecora singularia. *Abb. lo. cit. Berous ib. Rebuff. lo. sup. cit. num. 24.* inter huiusmodi res pecuniam quoque numerat. *Abb. lo. cit. num. 17. Imol. ib.* Verum si ea sit in proprietate Ecclesiæ, vel si sit destinata ad emptionem immobilium, vel ad emendum censum annuū, seu sit redacta ex venditione rei immobilis seu mobilis pretiosæ computatæ in proprietate Ecclesiæ, vel sit eius quantitatis, ut sufficiat ad comparationem stabilium, non potest connumerari inter illa mobilia quæ servando servari non possunt, sed est omnino alienabilis, nisi servatis solemnita-

tibus. *arg. tex. cap. sine exceptione. 12. q. 2. & cap. relatum. 2. de testam. Berous in cit. cap. nulli. num. 30.* & eruditè deducit *Redoan. lo. sup. cit. quest. 16. præsertim versus finem. & quest. 51. cap. 25. Boer. decis. 209.* & fuisse decisum in *Rot. in vna Venet. nullizatis contractus coram Pamphilio, 13. Nouemb. 1602. restatur Genuen. in prax. cit. cap. 75. num. 14.*

Secundus casus liberæ alienationis in Paulina cōcessus est, ut res in feudum vel Emphiteusim dari solita feudo vel Emphiteusi cessante, iterū concedi possit in feudum vel Emphiteusim similem. *ad hoc facit l. pater filium. ff. de leg. 3. & cap. 2. de feud. Abb. ib. Alex. cons. 175. vol. 2.* ut autem res dicatur in feudum concedi solita, requiruntur frequentati actus concessionis ad minus duo, & annorum quadraginta prescriptio; præsertim si non constat de initio concessionis, nam si constaret de initio concessionis valido, etiam vnus actus sufficeret, & si constaret de initio inualido, ut quod ille infeudavit qui infeudare non potuit, vel quod infeudatio fuit facta per vim, seu non servata solemnitate, non sufficeret etiam plures actus. *Alexan. cons. 9. vol. 5. Berous in cap. que in Ecclesiarum. num. 40. de constit. vel si non adsint ea quæ requiruntur in prescriptione, vel in consuetudine inducta, ad quæ communiter DD. præsentem materiam applicant; Quomodo autem inducatur consuetudo, tradunt DD. communiter in cap. fin. de consuet. & in l. de quibus. ff. de legib. & in l. preses. & seq. C. qua sit longa consuet. ad hoc Felin. in ca. ex nostra. d. num. 42 de rescrip. Berous in cit. cap. que in Ecclesiarum. de constit. Imol. in cap. ex parte. de feud. Mohed. decis. 249. alias 8. de locat. & latè Redoan. lo. sup. cit. quest. 63. vbi plures cumulat aucthores.*

Vbi autem cessaret causa primæ concess-

cessionis, feudum concedi solitum, si
 cessaret, non posset de nouo concedi.
*Abb. in cap. vt super. num. 11. de reb. Eccl.
 non alien. & si res peruenit ad maiorem
 utilitatem, non debet concedi pro an-
 tiquo Canone, sed pro maiori, si maior
 haberi possit. Abb. in cap. ad aures. num.
 4. lo. cit. Rebuff. lo. sup. cit. n. 39. Rot. de-
 cis. 360. p. 1. diuers. Et si Ecclesia deuen-
 rit ad paupertatem, debet pro se retine-
 re. Curt. un. de feud. p. 2. quæst. 1. & 3.
 Capicuc. in inuest. feud. vers. Feudū dant.
 conclus. 7. Redoan. lo. cit. quæst. 61. num.
 3. Nec debet concedi cum conditione
 grauiori Ecclesie quam ante fuit, vt ad
 longius tempus, ad plures adualitates
 quam solitum fuit, vel diminuendo Ca-
 nonem; nam si non cum meliori, ad mi-
 nus cum antiqua forma dari debet. Bald.
 in auth. qui rem. C. de Sacros. Eccl. Bart.
 in Couar. var. res. lib. 2. cap. 17. Cauale.
 decis. 29. nu. 13. p. 2. Hæc ratione etiam
 non potest concedi pro foeminis, si pro
 masculis tantum fuerit solitum conce-
 di. Calder. cons. 11. de feud. Redoan. lo. cit.
 num. 5. Vel si res efficiatur de mensa, seu
 applicetur semel mensæ, non debet de
 nouo infeudari. Bart. in l. si vacantia. C.
 de bonis vacant. Quando autem dicantur
 bona effecta de mensa, tradit Innoc.
 Abb. Imol. in cap. vt super. cit. nimirum
 quando declarata sunt pro applicatis
 ad mensam, vel descripta inter res men-
 sales, vel retenta per annum pro mensa.
 ad hoc Redoan. lo. cit. q. 2. c. 22. nu. 29.
 Tertius casus licite alienationis ex
 Paulina prædicta est locatio ad breue
 tempus, ad summum ad triennium, ad
 hoc cap. 1. ne præl. vic. suas. Clem. 1. de reb.
 Eccl. non alien. Successor tamen non tenetur
 stare huiusmodi locationi, nam
 non obligatur transactione prædecesso-
 ris. Abb. & communiter DD. in cap. fin.
 ne præl. vic. suas. præsertim si sit facta*

anticipata solutione. Cont. Trid. sess. 25.
 cap. 11. de ref. nisi interuenerit in illa
 consensus Sedis Apost. Redoan. lo. cit. q.
 58. nu. 54.

Tanto magis non tenetur Successor
 stare locationi vel transactioni ante-
 cessoris, si facta sit in utilitatem statu-
 tis. Dec. cons. 34. volum. 3. Bellam. decis.
 748. Put. decis. 181. lib. 1. Calder. cons. 7.
 de locat. Paris. de refug. lib. 1. quæst. 16. nu.
 47. alioquin si facta esset nomine Ec-
 clesie & in rem Ecclesie ad tempus de
 iure licitum, teneretur illi stare Successor.
 Mohed. decis. 270. num. 1. Rot. decis. 232.
 in vo. Couar. var. res. lib. 2. cap. 15. Re-
 doan. lo. cit. quæst. 57. à num. 79. & quo-
 modo dicatur locatio vel transactio fa-
 cta in utilitatem Ecclesie, vide eundem
 ib. post. nu. 81.

Obligaret præterea Successorem lo-
 catio bonorum Ecclesie pro tempore
 quo ex consuetudine loci deberentur
 fructus aliqui beneficii Clerico de an-
 no proximo post mortem sequenti, va-
 let enim talis consuetudo. Abb. in cap.
 cum in officijs. num. 5. de testamen. vel et-
 iam habetur pro talibus priuilegia spe-
 cialia. cap. si propter. de rescript. in 6. &
 vidi concessum priuilegium Regno Po-
 lonie à Leon. X. de an. 1515. 5. Id. Aug.
 quod in illis partibus morientes Clerici
 in primis tribus mensibus anni quartam
 partem, in secundis tribus mensibus me-
 dietatem, in tertijs tribus mensibus tres
 partes, in reliquis quatuor mensibus,
 totos proventus eius anni habere de-
 bent. Huic simile est quod tradit Couar.
 lib. 1. var. res. cap. 15. nu. 12. vt nimirum
 beneficii fructus qui veniunt semel in
 anno, diuidantur pro mortuo Cleri-
 co prorata temporis deseruiti; sed in
 talibus tutius est inherere consuetudi-
 ni, dempta enim consuetudine regu-
 lariter fructus à solo separati debent.

eur defunctis, fructus autem penden-
tes Ecclesie seu successori in beneficio.
Gem. Franc. in cit. cap. si propter. & in
cap. fin. de off. ord. ib. in 6. Paris. de resig.
lib. 1. quest. 7. circa fin. cit. Couarr. in cit.
cap. cum in officijs. num. 5. de testam. Re-
doan. in tract. de spol. q. 5. Rot. decis. 761.
p. 1. diuers.

Et si res iam non esset integra, ut quia
iam essent sati agri, obligaretur succes-
sor stare contractui antecessoris donec
fructus colligerentur. Cauale. decis. 44.
num. 32. p. 2. & ita fuisse decisum in
Rot. in vna Auximana locationis. 24.
Ianuar. 1590. testatur Genuen. in prax.
sup. cit. cap. 118.

34. Ultra predictos autem casus licita
est alienatio virtute. cap. Terrulas. 12. q.
2. si nimirum alienanda sit res siue mo-
bilis siue immobilis exigui valoris, &
cõcurrat necessitas & utilitas Ecclesie:
nam iuramento de non alienando non
includitur alienatio rei modice. Abb.
in cap. vt super. num. 15. de reb. Eccl. non
alien. & in cap. tua nos. num. 9. de Eccl.
edif. neq; per Paulinam predictam aut
per Conc. Trid. derogatum fuit. cit. cap.
Terrulas, vt sæpius declarasse S. Congr.
Conc. testatur Quarant. lo. cit. num. 14.

27. Quæ autem dicenda sit res modica
& exigui valoris, relinquitur arbitrio
boni viri, qui Ecclesie alienantis facul-
tatis, valore rei alienandæ, tum & lo-
ci consuetudine consideratis, an modi-
ca res alienetur iudicabit, & est commu-
nis doctrina ex notatis per Innoc. Abb. &
DD. in cap. cõsi. questiones. de sim. & in
Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. post. gl.
fin. ib. tum & Host. in sum. de his que fi-
nt. p. 1. §. fin. Archid. Gemin. in cap. 2.
cit. tit. in 6. Rot. decis. 232. in no. Re-
doan. loc. sup. cit. quest. 10. Genuen. loc.
sup. cit. cap. 75. num. 3.

26. Licite item alienat Prælati, si des

liquid de prouentibus mensæ suæ Eccle-
siæ pauperi, vel monasterio ædificando.
cap. fin. de Eccl. edif. Abb. ib. num. 14.
tenetur enim subuenire indigentibus
Ecclesijs. cap. concessio. c. quatuor. 12. q.
2. cap. consultationibus. cap. pastoralis.
de donat. Abb. in cap. exposuisti. num.
5. de preb. & in cap. tua nos. de Eccl.
edif. præfertim ex quinquagesima vel
centesima bonorum suorum parte. cap.
pastoralis. iun. gl. v. salua Constitutione.
de his que fi. à prel. & si velit magnifica-
re suum sepulchrum. Abb. in sua. quest.
3. nu. 5. vel pro beneficijs præstius Ec-
clesiæ suæ, concedendo pensionem vsu
fructum alicuius rei precarie. Card. in
Clem. 1. q. 19. de reb. Eccl. non alien. Re-
doan. loc. sup. cit. q. 51. cap. 21. num. 26.
Sig. de pens. q. 68. dummodo tamen ip-
sius Ecclesia inde non damnificetur, &
abundet fructibus. Host. in cap. Aposto-
lica de donat.

Potest item licite de bonis mensæ suæ
applicare partem aliquam bonorum seu
prouentuum Capitulo suo, vel alicui ex
prælatis seu Canonicis Ecclesie suæ. c.
fin. 18. q. 6. quin imò tenetur hoc face-
re si habeant tenues prouisiones Cano-
nicis; tum enim non dicitur proprie alie-
nare cum res alienata remaneat nihilo-
minus in dominio Ecclesie, vt notat gl.
in Clem. fin. v. Ecclesiam. de reb. Eccl.
non alien. Abb. ib. nu. 15. & in cap. pos-
sessiones. num. 3. eod. tit. Dec. in c. cum
omnes. lect. 1. num. 11. de Constit. Bald.
in l. dudum. C. de contrab. empt. Host.
in cap. nouit. de his que fi. à prel. Redoan.
de reb. Eccl. non alien. q. 51. cap. 10. Rot.
decis. 756. num. 3. p. 1. diuers. Quomo-
do & bona communia Capituli annexi
possunt præbendis singularium, & ta-
men nulla inde sequeretur alienatio. Dec.
in cap. cum omnes. cit. num. 10. quomodo
& Abbas cum conuentu suo possent di-
uidere

videre bona Monasterij inter se. *cap. e-*
doceri. de rescrip. in fin. Abb. ib. num. 3.
Nau. conf. 9. de reb. Eccl. non alien. in an-
tig. hoc eodem modo prohibitus aliena-
re, potest alienare in consortes. l. volun-
tas. C. de fideicomis. l. pater filium. ff. de
leg. 3. item & prohibitus vendere extra
familiam, potest donare alicui ex fami-
lia. Bald. in cit. l. voluntas.

29. Esset item licita alienatio casu quo
Papa de facili consuli non posset, & es-
set periculum in mora, vt pro alimonia
pauperum vrgente fame, seu alia prae-
senti necessitate, vel pro redemptione
captiuorum. *cap. gloria Episcopi. 12. q. 2.*
Archid. Turrecrem. ib. Host. in cap. 1. de
his qua si. à prael. Abb. in cap. fin. num. 8. de
Eccl. adif. Rebuff. lo. sup. cit. num. 35. alie-
natio tamen huiusmodi deberet ratifi-
cari postmodum seruatis solemnitati-
b. Redoan. lo. sup. cit. quest. 51. cap. 22.
num. 19. ad quod allegat Bald. in tit. qui
feud. dare poss. c. 1.

30. Simili necessitate vrgente si praela-
tus contrahat debita in rem Ecclesiae,
successor tenetur illa soluere. *c. 1. de sol-*
lut. constare tamen debet debitum fuisse
factum in re Ecclesiae. Abb. in cit. c. 1. de
solut. Archid. in c. placuit. 12. q. 2. hoc eo-
dem modo Capitulum vacante cum vr-
get necessitas si contrahit debitum in
rem Ecclesiae, successor obligatur. gl. in
cap. cupientes. S. adhuc. v. aliunde de e-
lect. in 6. Ioan. Andr. Dom. ib. Pauin.
de potest. cap. p. 2. q. 8. num. 20.

31. Posset praeterea alienari licite res quae
non dum peruenit ad Ecclesiae possessio-
nem, vt posset remitti legatum & hære-
ditas assignata Ecclesiae. *Abb. in cap. tua*
unper. num. 9. de his qua si. à prael. & in
cap. contingit. de sent. excomm. Io. And.
in cap. cum Apostolica. eo. tit. Dec. in c.
Ecclesia. S. M. num. 141. de constit. Lap.
alleg. 26. Put. decis. 233. p. 3. lib. 3. di-

uers. praesertim si timeantur odia, vt si
quis ex hæredato filio, legat Ecclesiae,
vel si non habens filios, nec sperans se
habiturum, donat Ecclesiae & postmodum
acquirat filios. cap. fin. 17. q. 4. Felin.
in cap. presentia. nu. 57. de probat. Arm.
v. alienatio. num. 17. Rebuff. lo. sup. cit.
num. 13. vel si restituenda sit proprio
Domino res quam Ecclesia iniuste deti-
net, non enim tenetur Praelatus contra
propriam conscientiam defendere iura
Ecclesiae: dummodo tamen iniustitia sit
notoria, alioquin standum conscientiae
Capituli, vt late Abb. in cap. fin. à num.
41. de praescrip. Felin. ib. nu. 10. Redoan.
loc. sup. cit. q. 51. cap. 5. et si legatum ser-
uiret communiter Episcopo & Capitu-
lo, non posset renunciare Episcopus in
præiudicio Capituli. Rebuff. loc. sup. cit.
num. 31.

32. Relicta quoque Ecclesiae incapaci, vt
mendicantibus qui non possunt propria
retinere, alienari possunt. *Abb. conf. 27.*
num. 4. p. 1. Dec. in cap. in presentia.
num. 69. de probat. Imò Regulares ha-
bent diuersa priuilegia pro facienda a-
lienatione bonorum ad eorum mona-
steria pertinentium, quae priuilegia col-
lecta reperiuntur apud Consecr. in sua
recollezione priuileg. Mendicant. & spe-
cialiter Greg. XIII. Constit. sua. incip.
Apostolica Sedis. de ann. 1576. die 8. De-
cemb. indulget Patribus Societ. Iesu, vt
bona locorum eiusdem Societ. alienare
possint arbitrio ipsorum Praepositi Ge-
neralis nulla super hoc alia licentia pe-
rita à Sede Apostolica, vel à loci Ordi-
nario. habetur hac Constit. in collect. pri-
uileg. Eman. Roderiq. Tom. 2. fol. 459. &
adhuc Redoan. loc. sup. cit. q. 51. cap. 3.
à num. 24. ad fin.]

33. Hospitalia quae sunt fundata sine li-
centia Episcopi seu in quibus Episcopus
non habet institutionem & destitutio-

nein, censentur prophana, Innoc. in c. inter dilectos de donat. Abb. in cap. ad hac. num. 4. de rel. dom. & in cap. officij. num. 7. de testam. Ioan. Andr. in c. 2. de integ. rest. in 6. Bald. in Auth. hoc ius. C. de sacros. Eccl. & bona eorum possunt alienari non seruata forma Paulinae. Feltn. in cap. de quarta. de prescript. licet Episcopus possit se opponere si sine causa alienentur. Imò & quilibet de populo tali alienationi contradicere posset si loca huiusmodi essent publica non priuata. Auth. si quis autem. de Eccl. iur. Vitalin. in Clem. quia contingit. num. 39. de rel. dom. Redoan. lo. sup. cit. quest. 51. c. 12.

Hospitalia autem fundata auctoritate Episcopi, censentur omnino loca Religiosa. Abb. in cap. ad hac. cit. num. 2. & in c. accedentibus. num. 3. de priuil. & equiparatur in omnibus Ecclesijs. idem Abb. in cap. nulli. num. 14. de reb. Eccl. non alien. Berous ib. num. 85. Imol. ib. gaudentque immunitate Ecclesiastica. Dec. in c. Ecclesia S. M. num. 27. de constit. & includuntur sub Paulina, ita quod eorum bona alienari non possint, nisi cum solemnitatibus & requisitis Paulinae. tex. Clarus in princip. eiusdem Paulina ibi. Ecclesiaz, Monasteria & pia loca. Card. in cit. Clem. quia contingit. Anchar. ib. Rebuff. lo. supra cit. Redoan. lo. sup. cit. 9. 49.

34. Eadem prohibitio de non alienandis rebus Ecclesiaz non videtur procedere in rebus fraternitatum vel Oratorij priuati, nam Collegia fraternitatum non veniunt nomine Ecclesiaz, vnde nec tenentur ad iura Episcopalia. Abb. in c. officij. in fin. de testam. ad hoc Rebuff. lo. sup. cit. Redoan. lo. sup. cit. quest. 51. c. 15.

35. Ad vitam quoque suam Prælatus licite concedit vsumfructum bonorum

Ecclesiaz suar, quando habet bona distincta à bonis Capituli, quia tunc nullum ipsi fit præiudicium. Host. in sum. tit. de huiusmodi. à prelat. §. fin. Abb. in cap. continebatur. num. 7. eo. tit. & in cap. quarelam. num. 4. ne prelat. vic. suas. Ang. v. alienatio. num. 21. Arm. eo. num. 24. Redoan. lo. sup. cit. cap. 14. Rot. decis. 232. in no.

36. Ad extremum licite possunt permu-
tari ex causa rationabili res vnius Ecclesiaz cum alia Ecclesia, vel cum Principe; dummodo permutatio sit pro re æquiualentia. c. 1. de permut. Innoc. Abb. & DD. ib. tamen & in hoc casu tutius est adhibere solemnitates, vt notat Quaran. lo. sup. cit. num. 15.

37. In secunda autem consideratione sumpra bona Ecclesiaz in quantum nimirum sunt fructus annui, acquiruntur beneficiato, & per ipsum in vsu proprios dispensari possunt: beneficiatus enim est vsu fructuarius in vita sua bonorum Ecclesiaz suar. gl. in c. si quis. v. obitus. de pec. Cler. & alia gl. in cap. vlt. ver. reseruari. de offi. ord. in 6. Archid. in c. alienationes. 12. q. 2. Innoc. in c. fin. de pecul. Cler.

38. Percipit autem Episcopus fructus huiusmodi ex bonis mensarum suar. Et bona mensarum Episcopalis sunt, quæ principaliter ad ipsius sustentationem sunt deputata, & nullum alium habent Rectorem præterquam ipsum Episcopum. gl. in Clem. 1. de excess. prelat. ver. ad mensam. Abb. ib. num. 16. Innoc. in cap. vt super. de reb. Eccl. non alien. Abb. ib. num. 9. Redoan. lo. sup. cit. quest. 62. vbi late deducit quando bona debeant dici de mensa. & Gig. de pens. quest. 1. num. 6. vbi dicit ad ista tantum bona extendi iuramentum Prælati de non alienandis rebus Ecclesiaz.

Deben-

Debentur etiam aliqui fructus Episcopo ex bonis omnium Ecclesiarum Diocesis suae, ille enim est Prælati vniuersalis & præordinator in cunctis in Diocesi sua. *cap. perlectis. 23. dist. illi incumbit defendere bona omnium Ecclesiarum Diocesis. c. cū dilectus de success. ab intest. & ille potest agere & conueniri pro Ecclesijs sibi subiectis. c. ex transmissa. iun. gl. v. Ecclesia. de præscript. c. fin. de success. ab intest. Abb. ib. num. 10. Innoc. in c. olim. 1. de rest. spol. Et propterea debetur illi iura Episcopalia ex omnibus Ecclesijs, vt procuratio, quarta pars decimarum, quarta funeralium, charitativum subsidium. *cap. conquirente. de off. ord. cap. requisiti. de testam. & habet intentionem fundatam de iure in istis. Rot. decis. 732. p. 1. diuers. ex quibus autem non possit peti quarta, videri potest Abb. in c. officij. n. fin. & in c. fin. de testam. & in c. 2. de sepul. Innoc. ib. & ad hoc propositum refert Quarana. loc. sup. cit. v. quarta Episcopalis. decisione Rotæ in vna Syracusana Quarta. quam nos quoque commoditati Lectoris hic ponere voluimus, vt sequitur.**

Fuit dubitatum per illustriss. & Reuerendiss. Dom. Seraphinum Oliuarium Razalium Rotæ Auditorem in causa Syracusan. quarta. An opera pia in quibus consumenda sunt bona hereditaria, sint privilegiata à iure, ita vt non debeatur quarta Episcopo Syracusan. & die Mercurij quinta Martij 1586. fuit facta resolutio infrascripta videlicet.

Circa propositum dubium plures considerata fuerunt difficultates. Prima fuit an Reuerendissimo Domino Episcopo Syracusan. debeatur quarta ex relictis pro maritandis seu monachandis puellis pauperibus, & pro pane præstan-

do quolibet hebdomada pauperibus. Et circa hunc articulum Domini dixerunt regulam esse quod de relictis pauperibus in genere, nulla debetur quarta. *gl. in cap. 2. in ver. decreuit. & ibi Innoc. num. 1. Abbas numero 8. de sepult. Bald. in l. id quod pauperibus. num. 30. ver. addo tertiam rationem. Cod. de Episcop. & Cler. Rom. consil. 233. nu. 2. vers. 3. fallit. Petr. de Vbald. de Canonica Episcopali. cap. 5. num. 10. & 11. & cap. 7. num. 15. & 50. & ratio est quia quando relinquitur pauperibus in genere, relinquitur personis, non autem pijs locis, de relictis autem personis non detrahitur quarta Episcopalis, iuxta tex. in cap. ex parte. 3. de verb. signif. Innoc. Abb. Petr. de Vbald. vbi supra. Fallit autem hac regula in relicto facto pauperibus certi loci, quia tunc legatum videtur factum intuitu illius loci, & sic factum pio loco, vt post Ioan. Andr. limitat Abb. in dict. c. 2. num. 3. & Pet. de Vbald. vbi supra.*

Secunda difficultas est, An de relictis pro restauratione Ecclesia matricis, edificatione & reparatione Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum locorum piorum debeatur quarta. Et Domini censuerunt non deberi, iuxta tex. in cap. vltim. ibi. seu fabrica de testam. & in dicto capitul. ex parte ibi. vel ad fabricam. Rom. dict. consil. 233. in princip. Capyc. decis. 23. num. 4.

Sed circa hunc articulum insurgit alia difficultas, an hoc casu debeatur quarta, quando de presenti non indigent restauratione, nam affirmatiuam tenuerunt. Hoff. Ioan. And. Anch. in dict.

dict. cap. ultimo de testam. vbi Couarr. existimat esse magis communem opinionem: contrarium vero tenuerunt Goffred. Card. Barb. & ipse Couar. per tex. in cap. nobis. 2. quast. 2. quia Legatum Ecclesia non indigente seruandum est in futuram Ecclesiarum refectionem & refectionem. Ideo in hoc conflictu attendenda est forma legati: si enim testator vult statim, vel in singulos annos solui aliquid pro refectione Ecclesie qua reparatione non indigeat, tunc seruari poterit communis sententia; si vero legat pro refectione Ecclesie quoties ea indigebit, tunc contraria sententia erit sequenda. Et sub hoc articulo cadunt etiam relicta pro subuentione Ecclesie respectu luminarium, ornamentorum & aliorum ad cultum Diuinum pertinentium, ex his namq. non debetur quarta. dict. cap. fin. fin. vero vsus est indeterminatus, & non destinatus perpetuo cultui Diuino, tunc debetur quarta. dict. c. ex parte. & cap. requisiti. de testam.

Tertia difficultas est. An de relictis pro alijs operibus pijs in genere detrahatur quarta; & hac pendet à futuro euentu, si enim executores distribuerint Legatum in fabricam, luminaria & ornamenta Ecclesie, vel in concernentia Diuinum cultum, tunc quarta non deducitur. dict. cap. fin. & cap. ex parte. & Couar. in dict. cap. fin. num. 7. quia distributio quam facit executor, censetur facta ab ipso testatore. l. vnum ex familia. §. i. vbi Dinus, Barr. & Doct. de leg. 1. secus si executores distribuerent Legatum in vsu non priuilegiatum locorum piorum.

Quarta difficultas versatur circa Legatum factum pro maritadibus duabus puellis singulis annis, & pro vna puella consanguinea, & conclusum fuit neque etiam hoc casu deberi quartam, quia aut sunt pauperes, & non debetur quarta vt supra dictum est, cum Legatum sit factum personis, & non locis, aut non sunt pauperes, & ultra presatam rationem militat alia ratio, quod tale Legatum non dicitur pium, & ideo ex eo quarta non debetur. Tyraq. de priuileg. p. ca. causa. in princip. Quare conclusum, secundum Legatorum differentias & distinctiones supra deductas esse in hac causa pronuncianum.

Seraphinus Oliuarius Auditor

Quarta autem pars quartæ nomine veniat, locorum consuetudo attendenda est. gl. in cap. requisisti. sup. cu. ver. quartam. consuetudine eadem siue prescriptione legitima induci quoque potest, vt quarta Episcopo non debeat. cap. de quarta. de prescrip. consuetudinem tamen vt nihil accipiat Ecclesia Parochialis quartæ nomine, dicit esse irrationabilem. Host. in sum. de sepult. num. 8. & ad hoc facit Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de ref. vbi priuilegia de non soluenda quarta Ecclesie Cathedrali vel Parochiali Regularibus concessæ tollit.

Potest etiam Episcopus habere partem aliquam ex bonis derelictis Clerici, vbi talis esset consuetudo legitime prescripta, vel speciale priuilegium. cap. fin. §. nisi. de offi. ord. in 6. Habet & Fiscum Episcopus, & in casu quo bona censentur deuoluta ad Fiscum, intelliguntur deuoluta ad Fiscum Episcopi. Abb. in cap. Sancto. num. 2. de success. ab in-

ab intest. & Clerico moriente intestatio sine legitimo successore-vel Ecclesia, bona ipsius deuoluantur ad dispositionem Episcopi, non ut sibi appropriet, sed ut dispenset diligenter ad usum Ecclesiae. cap. Sancto. cit. Abb. ib. & in cap. excommunicamus. 1. num. 1. de heret. Et si quidem constaret bona Clerici derelicta fuisse quaesita ex redditibus Ecclesiae, omnia deberent conuerti pro Ecclesia; si vero appareret demortuum ex industria sua, vel ex patrimonio aliqua habuisse, ea cedere deberent consanguineis, si qui superfuerint, alioquin cedent Ecclesiae demortui, & si hanc non habuerit, cedent dispositioni Episcopi, qui diuidet in portiones pro Ecclesia, pro pauperibus, pro se ipso, vel pro consanguineis, vel secundum loci cuiusque consuetudinem. c. Sancto. cit. Host. Abb. ib.

42. De bonis quoque Laicorum decedentium sine testamento, posset deducere quartam Episcopus distribuendam in vius pios ubi talis vigeret consuetudo, ut eam vigere in Regno Neapol. testatur Genuen. in prax. cap. 96. ubi etiam refert rescriptum Sac. Cong. Conc. super dubio circa talia exorto tenore sequenti.

Sacra Congregatio Illustriss. & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalium super negotijs & consultationibus Episcoporum, & aliorum Praetorum, ac visitationibus Apostolicis à S. D. N. specialiter deputatorum ad tollendas dubitationes & controuersas qua pluribus in Diocesis Regni Neapol. saepe accidunt super consuetudine illa quae solent Episcopi disponere de quarta bonorum mobilium decedentium ab intestato, fa-

cto prius verbo cum Sanctitate sua ita censuit & declarauit, consuetudinem ante dictam vti laudabilem ubi viger, omnino retinendam fore, sic vero seruandam ut ab ipsis Laicorum Ordinarijs non ad rigorem quarta debeat estimari, sed vocatis heredibus certum quid taxari arbitrio boni viri, personarum conditione ac hereditatis valore perpensis: idq; totum absque vlla diminutione pro suffragio anima defuncti de ipsorum heredum consilio erogandum; quod si heres vel alij contradixerint, iuris remedijs etiam per censuras in subsidium ab Ordinarijs compescantur, & quod erit dispositum super bonis hereditarijs appellatione remota exequantur.

Deducenda autem est quarta deducis prius oneribus expeditionis familiaris, solutionis debitorum, & impensarum pro pompa funerali. cit. cap. fin. S. porro. de offi. ord. in C. Lap. Gemin. ib. praeterea vero impenfa funeris est maxime priuilegiata, & debet fieri ex rebus Ecclesiasticis Clerici, licet habeat alia bona propria. Abb. in sua quest. 3. n. 1. & 4. & 7.

De obligationibus quoque factis Ecclesijs participare potest Episcopus. cap. concesso. 12. quest. 2. ubi nimirum talis esset consuetudo: & quidem illa quae offeruntur, dum ipse Episcopus celebrat in quacunque Ecclesia, illi soli debentur. Host. in sum. de Paroch. num. 2. Marian. Socin. de oblat. lib. 18. q. 1. Regulariter autem Parochus habet intentionem fundatam de iure super obligationibus quae fiunt intra fines ipsius Parochiae, ut quae fiunt circa benedictiones nuptiarum, purificationes post partum, circa benedictiones in Paschate, in ad-

Kkk mini-

nistracione Sacramentorum, celebra-
tione Missarum. c. statumus. 16. quast. 1.
Idque etiam si per alium hæc exercean-
tur non per ipsum Parochum, per se e-
nim facere videtur dum facit per alium.
cap. qui facit. de reg. iur. in 6. hac ratio-
ne oblationes quoque vel legata facta
alicui imagini vel Capellæ intra Pa-
rochiam, vel in ipsa Ecclesia Parochia-
li consistenti, non Capellano vel ima-
gini seu Capellæ, sed Reçtori Parochia-
lis debentur, in cap. pastoralis. num. 2.
de his quasi. à præl. nisi tamen Capella
habeat bona distincta à Parochiali, &
appareat relictum esse intuitu ipsius
Capellæ non Parochialis Ecclesiæ. Fe-
lin. in cap. dilectus. numero 2. & 3. de off.
ord. Socin. vbi sup. Genuen. in præx. sup.
cit. cap. 72. vbi sub num. 14. refert
fuisse decisum in Rot. Rom. ann. 1585.
2. Decemb. in vna Beneuentan. Spolij.
Coram Orano quod obligationes tem-
pore Iubilæi factæ spectabant ad Ar-
chipresbyterum, curæ animarum &
Sacramentorum in ea Ecclesia admi-
nistracionem habentem, & non ad Ar-
chiepiscopum.

45. Reditus itaque & obuentiones præ-
dictæ acquiruntur Episcopo, & ipse est
eorum vsafructuarius in vita, illi que
potest in suos suorumque vsus neces-
sarios infumere. capitulo ex his 12. quast.
7. Idque etiam si esset diues ex Patrimo-
nio, vel ex alijs honestè quæsitis bonis
propria enim bona cum fructibus eo-
rum potest reseruare pro consangui-
neis, nec tenetur ex illis viuere, sed ex
bonis Ecclesiæ sustentari debet, cum ne-
mo teneatur proprijs stipendijs mili-
tare. capitulo cum secundum. de præb.
Innoc. in cap. Episcopus. v. Dec. in cap.
postulasti. numero 8. de rescript. Abb.
v. numero 2. Nauar. de re dit. Eccles. q.

1. v. 78. & q. 3. num. 7. Rot. decis. 154. p.
1. diuers.

Irregulariter tamen viuere debet
ex bonis Ecclesiæ, & vti suppellectili
modesta. Concil. Trident. sessione 25.
capitulo 1. de ref. viuere enim de Alta-
ri non luxuriari concessum est Cleri-
cis. 44. distinct. in princip. & restituere
debet Ecclesiæ si quid expendit volu-
ptuosè. Abbas in capitulo si quis. num. 5.
de testam. Frugalitas autem estimari
debet attentata qualitate personæ, gra-
du nobilitate, gradu & consuetudine
loci, nam potest quandoque sufficere
honestè vni quod non sufficeret alteri.
cap. Clericum. iun. gl. v. necessitatem. 21.
q. 1. Nau. cit. q. 1. num. 92.

Potest & donare ex Ecclesiæ suæ
fructibus amicis, vel familiaribus suis
intuitu obsequij vel beneficij, sibi seu
Ecclesiæ suæ præstiti, dummodo do-
netur modicam. capitulo ceterum. de
donat. cap. ad hæc. cap. relatum. de te-
stamen.

Potest & intuitu sanguinis donare
consanguineis si egeant ad decentem
eorum sustentationem. capitulo non sa-
tis. cap. est probanda 36. distinct. consi-
derata nimirum qualitate ipsorum,
quam etiam acquirunt ex promotione
ipsius Prælati sui consanguinei, crescit
enim ipsius promotione illorum quo-
que dignitas, & tali gradu non suffico-
ret eis ad decentem sustentationem quod
antea sufficere potuisset. Nauar. lo. sup.
cit. num. 66. Non tamen debet dari tan-
tum quo ditescant. Abbas in cap. inqu-
rendum. num. 5. de pecul. Cler. Conc. Tri-
dent. lo. sup. cit.

46. Quod autem Clerico superest vi-
tra decentem sustentationem & neces-
sitates suorum, debet reddere Ecclesiæ,
vel

vel etiam potest erogare in pauperes. *cap. quod autem. 23. quest. 7. & pauperum nomine intelliguntur omnia opera pia. Nau. lo. cit. nu. 9.*

Testari autem de bonis ex redditibus Ecclesie quaesitis, de iure prohibitum est Clericis. *Episcopi. 12. quest. 1. cap. cum in officijs. c. ad hac. de testam.* Et quoad hoc aequiparantur omnes beneficiati Ecclesiastici, tam maiores quam minores, ut testari non possint de bonis acquisitis intuitu Ecclesie, ita quod neque Papa testari consueverit de redditibus sui Pontificatus. *Nauarr lo. cit. q. 1. num. 27. & 73.*

Relinquo tamen posset Clericus de bonis huiusmodi ad pias causas moderatum aliquid. *capitulis ad hac. de testam. Abbas ib. num. 1. & in quest. 3. cit. num. 6.* Posset etiam tantum legare in suos, quantum de bonis patrimonialibus contulit Ecclesie. *cap. si quis qualibet. 12. quest. 2. & cap. si Episcopus. ib. quest. 5. Abbas in cap. cum in officijs. num. 4. de testam. & in capitulo cum esset. nu. 31. ib.* Quomodo & rem Ecclesie melioratam retinere sibi potest in vita, licet dimiserit beneficium etiam per priuationem. *cap. fin. de pecul. Cler. Abbas ib. nu. 1. & 2.*

Potest testari & de illis quae proprio labore, seu industria vel personali opera sua lucratur, etiam si ea quaesita sint per actus Ordini suo proprios: ut si ultra prouentus beneficii sui lucretur aliquid ex recitatione Missarum, exercitio Capellaniae, Vicariatus, ex administratione Sacramentorum, vel concionando, vel ex legatis piorum; huiusmodi enim quaesita aequiparantur bonis patrimonialibus, & disponere possunt de illis Clerici aequè ac Laici de suis.

capitulo Episcopi. 12. quest. 1. cap. si quis. ib. quest. 5. cap. quia nos. de testam. Innoc. Abbas ib. & in capitulo cum esset. numero 26. lect. 2. & in cap. relatum. 2. num. 9. hoc idem dicendum de quaesitis ex distributionibus quotidianis, haec enim non computantur in fructibus beneficii, sed quaeruntur pro labore personali impenso. *capitulo vii. de Cler. non resid. in 6. Ioan. Andr. Dom. ib. Redoan. lo. supra cit. quest. 53. à numero 16. ubi à num. 24. deducit pensiones de fructibus Ecclesiasticis eodem iure censi va possit testari de illis.*

Similiter & de illis disponere posset Clericus, quae parcius viuendo superesse facit de eo, quod in honestam sustentationem sui licite impedere poterat. *Nauarr. lo. supra cit. numero 59.* quantum autem requiratur ad honestam sustentationem alicuius, relinquatur arbitrio boni viri, ut diximus alias, vel conscientiae timoratae. *Nauarr. lo. cit. quest. 2. num. 20.* Regulariter autem in beneficio modici valoris, ut ducatorum triginta, praesumitur nihil superesse Clerico ultra necessarium vicium, & bona huiusmodi beneficiati si quae superfuerint, praesumuntur quaesita labore personali, ita ut de illis disponere etiam testamento libere possit. Vnde & Camera Apostolica in locis, in quibus spolia morientium exigit, non exigit quicquam spoliatorum nomine ex bonis Clericorum, qui dum viuere non habuerunt beneficium Ecclesiasticum, quod excederet in suis fructibus ducatos triginta annui valoris, ex ordinatione Pij V. Constitut. sua, *incip. Romani de ann. 1567. 3. Kal. Septemb.* qua etiam Constitutione declaratur, quae non veniant nomine spoliatorum. *verba eius Constit. sequuntur.*

Romani Pontificis, &c. Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de cetero omnia & singula ornamenta & paramenta ac vasa, nec non Missalia & gradualia, ac cantus firmi, & musica alijs, quomodolibet nuncupati libri, & alia res sacra etiam auri & argenti, ac quacunq; alia bona per quoscunq; Patriarchas, Archiep. Episcopos, Abbatas, seu Commendatarios & alios quoscunq; quacunq; & qualiacunq; beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura Secularia, & quorū Ordinum Regularia, in titulum vel commendam, aut alias quomodolibet obtinentes, quocunq; nomine vel titulo censeantur, etiam si de illis & eorum qualitatibus specialis & expressa mentio habenda foret, ad usum & cultum Divinum etiam in eorum privatis adibus & Capellis vel Oratorijs destinata, tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta, sub quibusvis facultatibus testandi & alias disponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquisitis per quoscunq; Rom. Pont. predecessores & successores nostros, ac nos sub quibusvis tenoribus & formis, ac cū quibusvis clausulis & decretis etiā motu proprio, aut alias quomodolibet concessis, & concedendis, minime comprehendantur, nec sub appellatione spūaliorum veniant, sed ad singulas Ecclesias, Monast. etiam Conventu carentia & beneficia huiusmodi, in quibus resederint, aut quibus presuerint, seu qua alias obtinuerint, omnino spectent & pertineant, ac

spectare & pertinere, illaque post eorum obitum eisdem Ecclesiis, Monasterijs, & beneficijs, etiam si in Romana Curia & procul ab illis decesserint, vel ad illa nunquam accesserint, etiam si antea Ecclesiarum & Monasteriorum regimini cesserint, vel beneficia huiusmodi renunciauerint, eo ipso applicata & incorporata sint, & esse censeantur. Ita quod liceat illis defunctis in eisdem Ecclesiis, Monasterijs, & beneficijs successoribus ac Ecclesiarum & Monasteriorum huiusmodi Capitulis & Conventibus respectiue, illa propria auctoritate liberè apprehendere, ac eorum Ecclesiis & Sacristijs applicare & incorporare, ac quacunq; donationes ac relicta & legata testamentaria, & codicilli & alia vltima voluntates seu spolia, desuper contra presentis constitutionis nostre tenorem quomodolibet pro tempore facta, quoad premissa nulla & inualida, nulliusque roboris & momenti existant, & personis etiam Ecclesiasticis seu locis etiam pñs, aut Ecclesiasticis alijs quibuscunq; in quarum seu quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minime suffragentur, nec per ea eisdem personis seu locis, vel alijs Ecclesiis huiusmodi aliquod ius in rebus predictis, vel ad illas acquiri possit. Quinimo res sacras ac alia bona predicta quocunq; nomine vel titulo pro tempore detinentes ad illa Ecclesias & Monasteria, ac beneficia per defunctos quomodolibet acquisitis, ut presertur, iuxta presentium tenorem realiter, & cum effectu restituendum & consignandum quibusvis dispositionibus de illis in contrarium quomodolibet factis minime attentis, omnino teneantur,

& ad

Et ad id per censuras & pœnas etiam furci & sacrilegij, ac alia iuris & facti remedia oportuna cogi & compelli possint & debeant. Insuper ne deinceps contingat insolentia spoliatorum Camera Apostolica Collectorum vel subcollectorum aliquas Ecclesias, nec hominum quæquam damno & iniuria affici, nec cuiquam de cætero vertatur in dubium quæ res habenda sint nomine spoliij, simili modo statimur, decernimus, & declaramus, quod quacunque scamna, cathedra, arca, & etiam lignea vel lapidea, etiam marmorea mensa & tabula, ac quacunque dolia seu vasa vinararia, & alia similia suppellectilia domestica per quosvis Presbyteros seu Clericos ab humanis pro tempore decedentes tempore eorum obitus in Ecclesiis, seu eorum domibus Ecclesiarum earundem vel alibi vbiuis locorum relicta, etiamsi ex fructibus & proventibus beneficiorum quæ dñi viuerent obtinebant acquisita fuerint, sub spoliatorum appellatione minime veniant, nec pro spoliis villo modo reputari possint. Præterea quod nullum spolium Camera huiusmodi Collectoribus vel subcollectoribus exigi possit per obitum illius, qui dum viueret, vnum, vel plura beneficia Ecclesiastica obtinuerit, cuius vel quorum insinual fructus redditus & proventus triginta ducatorum auri de Camera secundum communem estimationem valorem annum non excederint, aut qui pensiones annuas super quibusvis fructibus Ecclesiasticis vsque ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is se ab omni illicita ne-

gatione, & à sacris Canonibus prohibita abstinuerit. Ita quod si quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumvis defunctorum qui similia beneficia obtinuerint, seu similes pensiones perceperint, prætextu spoliatorum eiusdem Camera percipere, aut alias contra præsentis nostras literas attentare presumpserit ad totalem honorum percipiendorum restitutionem teneatur, ac ad id via iuris, etiam per similes censuras & pœnas cogi & compelli possit & debeat. Districtius inhibentes quibusvis Camera præfata spoliatorum Collectoribus nunc & pro tempore existentibus, ne sub indignationis nostræ & priuationis eorum officiorum pœna in ornamentis & parametis ac vasis & libris præfato cultui Diuino dicatis, ac alijs rebus sacris, nec non suppellectilibus præfatis, quomodolibet se intromittant, nec in eorum Inuentarijs tanquam spolia redigant seu describant, sed ornamenta & paramenta, nec non vasa & libros atque Diuino cultui dicata huiusmodi, Ecclesiis, Monasterijs, Capellis, & alijs beneficijs huiusmodi eorumque Rectoribus & alijs præfatis liberè dimittant, & consignent ac consignari faciant cum effectu. Ac suppellectilia prædicta in locis vbi constiterint relinquunt. Ac decernentes sic in promissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes sublatæ eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & desiniri debere, ac irritum & inane, &c.

85.

Potest etiã testari Clericus de bonis ex Ecclesiã retribus quãsitis, si facultatem testandi obtinuerit à Sede Apostolica, eam enim Papa concedere potest, & de facto concedere solet. Nau. lo. cit. quãst. 3. num. 17. Staphil. de lit. in form. breuis. num. 14. videri potest Abb. in cap. cum esset. lect. 2. num. 30. de testam. An autem consuetudine induci possit, vt licitum sit testari Cleri-

cis de bonis huiusmodi ex Ecclesia quãsitis, consuli possunt Abb. cit. in cap. cum in officijs. num. 5. de testam. Lap. 10. Monach. in cap. fin. de off. ord. in 6. Co-uar. in cap. cum in officijs cit. Franc. Sarmien. de redit. Eccl. p. 2. cap. 6. qui hanc quãstionem latissimè disputat. & Nauar. locis cit. sed præcipuè videri debet in propug. Apologia de red. Eccles. num. 5.

FINIS.



INDEX